

FUNDACIÓN DE ROMA: Rómulo funda la ciudad de Roma y elige a los primeros senadores

Romanum imperium a Romulo exordium habet. Romulus, Vestalis virginis filius, cum Remo fratre uno partu editus est. Conditam civitatem, quam ex nomine suo Romam vocavit, multitudinem finitimorum in civitatem recepit; centum ex senioribus elegit, quos Senatores nominavit propter senectutem.

CÉSAR PRESTA AYUDA A LOS GALOS

His verbis legatorum auditis, Caesar animos Gallorum confirmavit atque eis auxilium suum pollicitus est. Hac oratione habita, concilium dimisit.

CIRCE CONVIERTE EN CERDOS A LOS COMPAÑEROS DE ULISES

Dea, ubi portam aperuit, eos intrare et cenare iussit. In sellis eos collocavit et vinum dedit, sed prius medicamenta infuderat. Ubi ea biberunt, dea viros virga tetigit et statim facti sunt porci. Nunc voce porcina grunniebant, sed mentem retinebant humanam.

ANIBAL SE ALÍA CON PRUSIAS, REY DEL PONTO

Sic, conservatis suis rebus, Poenus, illis Cretensibus omnibus, ad Prusiam in Pontum perventi. Apud quem eodem animo fuit erga Italiam neque aliud quicquam egit quam regem armavit et exercuit adversus Romanos.

EL RAPTO DE EUROPA

Erat quondam rex in Fhoenica, *cuius filia Europa, *cum pulchritudine insignis esset, a Iove amabatur. Hanc Iuppiter rapere et in matrimonium ducere constituit. Itaque, *cum formam tauri sumpsisset, *virgini in prato ludenti appropinquavit eamque rapuit ac per mare in insulam Cretam portavit.



N.B cuiusamabatur : *cuius* pronombre relativo tiene por antecedente a *rex*. / **cum.....esset / cum.....sumpsisset** : *cum* + subjuntivo → cum nexo subordinante que introduce una subordinada adverbial. / **virgini...ludenti** régimen de *appropinquavit*; **ludenti** participio de *ludo*

Leamos el fragmento de Ovidio en que se basa Rubens para recrear el episodio mitológico del rapto de Europa.

Júpiter se viste con la apariencia de un toro y, mezclado con los novillos, muge y pasea su hermosura entre las tiernas hierbas. En efecto, su color es el de la nieve que no han pisado las huellas ni ha derretido el lluvioso Austro; [...] Se admira la hija de Agénor de que sea tan hermoso, de que no amenace ningún combate, pero en principio teme tocarlo aunque sea manso: luego se acerca y tiende flores a su blanco hocico. [...] haciéndole perder el miedo poco a poco, unas veces ofrece su pecho para ser palmeado por la virginal mano, otras los cuernos para ser atados con nuevas guirnaldas. Se atrevió incluso la doncella real, sin saber a quién pesaba, a sentarse en el lomo del toro: en ese momento el dios, poco a poco desde la tierra y desde la playa seca, pone en primer lugar las falsas huellas de sus patas en las aguas, después se va más allá y lleva su botín a través de la llanura de alta mar. Ella está aterrada y se vuelve a mirar la playa abandonada en su rapto y sujeta con su mano derecha un cuerno, la otra está colocada en el lomo; sus ligeros vestidos ondean con el soplo del viento.
(Ov. *Met.* vv.850-875)

textos latinos II

ATALANTA

Iasus Atalantam in matrimonium dare voluit, sed Atalanta nubere noluit. Tandem "vir", inquit, "qui celerius quam ego currit, me in matrimonium ducere potest."

Multi iuvenes igitur cum Atalanta certaverunt, sed Atalanta omnes superavit. Venus tamen puellis, quae amorem spernunt, non favet. Itaque, ubi Milanion venit, Venus ei auxilium dedit; tria poma aurea ei commodavit.

Tuba sonuit. Milanion et Atalanta celeriter currebant. Atalanta tamen mox praecedebat. Milanion pomum aureum deiecit. Atalanta, postquam pomum aureum vidit, constitit et pomum sustulit. Item, ubi Milanion alterum pomum deiecit, Atalanta pulchrum pomum conspexit et statim in manibus tenere voluit. Itaque Milanion praecedebat. Atalanta, ubi hoc vidit, quam celerrime cucurrit et tandem praeteribat. Tum Milanion tertium pomum pro pedibus deiecit. Postquam

Atalanta iterum constitit et pomum sustulit, Milanion ad finem primus advenit.



- **CONTENIDOS GRAMATICALES**

. Verbos irregulares: **possum, volo, nolo, fero** (* tul-) y **eo**.

. Determinantes: relativos qui-quaе-quod, vs oraciones de relativo / anafóricos is-ea-id
ei auxilium dedit / demonstrativos hic-haec-hoc **ubi hoc vidit**.

- **CONTENIDOS SINTÁCTICOS**

. Oraciones de relativo: **qui celerius quam ego currit** / (*puellis*) **quae amorem spernunt**.

. Construcciones de comparativo: **celerius** (*adv. comparativo de celer-celeris-celere*) **quam...**
"más rápidamente que..."

. Infinitivos en función de CD: **dare** voluit; **nubere** noluit; **ducere** potest; **tenere** voluit.

. Quam como intensificador del superlativo: **quam** celerrime "lo más rápidamente posible".

LA LEYENDA DE HÉRCULES

Hijo de dios y mortal.

Iovis et Alcmenae, Thebanorum reginae, Hercules filius fuit. Itaque eius mater non dea, sed mortalis fuit. Itaque antiqui Herculem heroem vocabant, non deum. Apud Graecos non solum dii, sed etiam heroes colebantur. Orpheus, Theseus et ante omnes Hercules a poetis antiquis celebrantur.

Desde niño manifiesta su origen divino.

Cum infans adhuc in cunabulis esset, Iuno dea duos saevissimos serpentes in eum missit. Sed Hercules manibus monstra statim suffocavit. Cum adolevit, Hercules suis laboribus non solum Graeciam, sed etiam omnes terras monstris liberavit atque ita magnam gloriam sibi comparavit. His magnis laboribus Iunonis iram placavit.



La enemidad de Juno marca su destino.

Etiam Iuno dea Iovem ceterosque deos adversus Herculem incitabat. Itaque dei eum regis Eurysthei

servum fecerunt. Rex Iunonis iussu duodecim asperrimos labores Herculi imposuit, quos omnes Hercules summa virtute superavit.



Hércules y el león de Nemea.

In Argolide errabat in silvis totamque regionem vastabat ingens et saevissimus leo, cuius pellis densa et durissima non transfigebatur. Hercules feram suis validis lacertis suffocavit. Postea leonis pelle semper industus est.

Hércules y la hidra de Lerna.

In Lernaeis erat hydra, quae pecora devorabat atque afflatu suo miseros eius regionis incolas exanimabat. Hydrae multa capita erant, quae renascebantur. At Hercules capita urens scindit atque ita monstrum immane interfecit.

LAS CARIÁTIDES

Persarum exercitus contra Graeciam bellum gerebant. Peloponesi civitas, cui Caryae nomen fuit, cum hostibus consensit. Graeci Persas bello vicerunt atque patriam ab hostibus liberaverunt. Ceteri Graeci oppidum proditorum penitus deleverunt. Mulieres omnes captivae factae sunt. Sic illae miserae mulieres quas omnes spreverunt, pro sua civitate poenas diu luebant. Tum quoque architecti earum imagines pro columnis in publicis aedificiis collocaverunt. Ita, Caryatidum memoria etiam posteris tradita est.



Cariátides del Erecteion en la Acrópolis de Atenas

VOCABULA

Consentio-is-ire-consensi-consensum *estar de acuerdo con, aliarse con*
Deleo-es-ere-delevi-deletum *destruir*
Diu adv. *durante mucho tiempo.*
Hostis-hostis *enemigo*
Luo-is-ere *pagar, expiar*
Penitus adv. *por completo*
Posterus-a-um (de *post* “después de ...”) *siguiente*
Proditor-proditoris *traidor*
Quoque: adv. *Incluso, también.*
Sperno-is-ere-sprevi-spretum *despreciar*
Trado-is-ere-tradidi-traditum *transmitir*

Contenidos gramaticales

* **Temas de la 4ª declinación -temas en –u** : *exercitus-exercitus* / EXERCITUS puede ser también Nominativo plural.

* **Oraciones de relativo**: *cuifuit / quas.....spreverunt.*

* **Formas personales pasivas (tema perfecto)** : *factae sunt “fueron hechas”.*
Tradita est “ha sido/fue transmitida”.

EL DILUVIO UNIVERSAL: Deucalion et Pyrrha

Texto adaptado de OVIDIO, *Metamorfosis*, 244-415



Iuppiter *cum haec vidisset, ira commotus sic dixit: "*Totum genus humanum perdere decrevi. Omnia iam temptavi sed homines in scelere perstant. Omnes igitur dabunt poenas quas meruerunt.*"

Et iam fulmina conicere parabat in omnes terras, sed timuit ne caelum ab ignibus flammis conciperet. Fulmina igitur deposuit atque aliam poenam sumere decrevit, genus humanum sub undis sommergere et ex omni caelo nimbos demittere.

Omnium hominum qui tunc vivebant optimi erant Deucalion uxorque eius, nomine Pyrrha. Illi parva rate *vecti ad montem Parnassum incolumes advenerunt ibique ratis adhaesit.

Interim vidit Iuppiter totum orbem terrarum sub undis summersum esse et totum genus humanum perditum [esse] praeter hos duos, qui innocentes fuerant et deos coluerant.

Sed Deucalion postquam terras vidit inanes tacitasque lacrimas effudit et sic Pyrrhae dixit: "*Nos soli supersumus. Quid faciemus? Genus humanum restat in nobis duobus.*"
Dixerat et flebant.

Constituerunt deam Themim precari. "*Dic, Themis, quomodo genus humanum recreare possimus; fer nobis auxilium*" Mota est dea et dixit: "*Discedite templo. Velate caput ossaque magnae parentis post terga iacite.*"
Obstipuerunt diu. Tandem Deucalion "*Aut ego stultus sum-* inquit- *aut magna parens terra est. Lapides enim in corpore terrae sunt ossa. Lapides post terga iacere iubemur.*"

Velant caput et lapides post terga iaciunt; lapides lente molliri coeperunt mollitique formam ducere. Mox, ubi creverunt, forma hominum videri potest, deinde paulatim lapides quos Deucalion iecerat, viri facti sunt; feminae ei quos Pyrrha iecerat-

CONTENIDOS MORFOSINTÁCTICOS

- **CUM** con subjuntivo: modal temporal *cum haec vidisset*
- **NE** nexo completivo con verbos de temor "*que*" *timuit ne caelum ab ignibus flammis conciperet.*
- **Participio concertado** en función de adyacente *Illi parva rate vecti* < veho.
- **Oración de infinitivo concertado** *Totum genus humanum perdere decrevi* **Oración de infinitivo no concertado** *vidit Iuppiter totum orbem terrarum sub undis summersum esse.*
- Interrogativos: *Quid faciemus?*
- Imperativos: *dic / fer / discedite/ velate/ iacite.*

DE RE PUBLICA

COMITIA

Populus Romanus per Comititia auctoritatem exercebat. Tria fuerunt comitiorum genera: antiquissima omnium, in quibus tantum patricii aderant, **Comitia Curiata** fuerunt. Secundum comitiorum genus **Comitia Centuriata** sunt in quibus patricii et plebs aderant. Eorum munera haec erant: magistratus maiores dicere, de pace et de bello agere, foedera icere aut solvere et caetera. In Campo Martis habebantur. **Comitia Tributa** magistratus minores creabant atque leges dicebant. In eis totus Populus, patricii et plebs, divisus in tribus, in Forum apud Rostra conveniebat.

MAGISTRATUS Romae erant:

- I. Duo **consules** qui exercitum administrabant.
- II. Duo **pretiores** qui causas iudicabant.
- III. **Censores** qui civium censum agebant.

- IV. **Aediles** qui curatores urbis ludorumque solemnium erant.
- V. **Quaestores** qui aerarium publicum administrabant, comitesque consulibus in bello erant.

- VI. **Tribuni plebis** qui plebeyos ante patricos defendebant.
- VII. **Dictador** creabatur ubi hostes urbi Romae approninquabant aut cives inter se dissentiebant.

SENATUS *Summum Populi Romani populorumque et gentium omnium ac regum consilium Senatus est. (Cic.)*

Senatus erat virorum trecentorum, postea sescentorum, qui de rebus publicis disceptabant. Consules et praetores, postquam imperio deponebant, in senatorum numero manebant. Propter constantiam prudentiamque senatorum auctoritas magna erat. Consules senatus consilio parere solebant.

Completa:

----- rerum municipalium curam habebant.

----- publicas pecunias curabant.

----- leges administraban et multis modis consules iuvabant.

----- populi aetates familiasque censebant.

Duo ----- quotannis creabantur et summum magistratum obtinebant.

----- summum imperium habebat, dum periculum manebat.

----- tuebantur cives contra potentiam magistratum.

DE RE PUBLICA

Dum Vitalis et Antonius via ambulabant, comitatum vident:

- A. Quis est homo qui comitantibus lictoribus sella gestatoria vehitur et cui omnes salutem dicunt?
V. Videtur mihi propraetorem nostrae provinciae esse.
- A. Pater, dic mihi quot provincias Imperium Populi Romani habeat et quomodo administrantur.
V. Usque ad Caesaris tempus, Imperium Romanum quattuordecim provincias habebat, quibus Caesar tres addidit, sed post Caesaris dominationem Imperium septemdecim provincias habuit. Hae a proconsulibus administrantur. Duo proconsules et septemdecim propraetores provincias sortiebantur.
- A. Ergo provinciae ex civibus suis magistratus non habent!
V. Provinciae senatum municipalem et curiam et comitia et magistratus ut duos viros, ediles, quaestores habent, sed omnes sub praefecto Romano sunt.
- A. Romana etiam comitia sunt?
V. Praefecto. Temporibus nostris, omnis auctoritas in Principe sita est sed in Rei Publicae tempore Populus Romanus maximam auctoritatem cum senatu habebat. Ambo – SPQR- leges dabant quas magistratus efficiebant. Populus per Comitia auctoritatem exercebat. Tria fuerunt comitorum genera: antiquissima omnium, in quibus tantum patricii aderant, Comitia Curiata fuerunt. Secundum comitorum genus Comitia Centuriata sunt in quibus patricii et plebs aderant. Eorum munera haec erant: magistratus maiores dicere, de pace et de bello agere, foedera icere aut solvere et caetera. In Campo Martis habebantur. Comitia Tributa magistratus minores creabant atque leges dicebant. In eis totus Populus, patricii et plebs, divisus in tribus, in Forum apud Rostra conveniebat.
- A. Et quid de Senatu?
V. Audi haec Ciceronis verba: *Summum Populi Romani populorumque et gentium omnium ac regum consilium Senatus est.* Senatores patres appellabantur et semper patricii erant. Postquam plebeii adesse senatui potuerunt, novi senatores *conscripti* nominati sunt.
- A. Quaero nunc quinam Romanorum magistratum adipisci possint.
V. Omnes qui integerrimi cives sunt et legitimam aetatem habent. Si is qui magistratum petit, illas condiciones implet, toga albata indutus- a qua candidatus dicitur- ambitionem, hoc est, suffragiorum captationem incipit.

VOCABULA

Ambitio-onis (de ambio: ir de aquí para allá) : ajetreo de los candidatos solicitando votos / ambición.

Comitia: asambleas de ciudadanos de carácter electivo.

Praefectus-i: gobernador de una provincia (en época imperial)

Rostra-orum: tribuna de oradores en el foro.

DE RELIGIONE

(Personae: Antonius et Vitalis)

A – Pater, quando urbis templa visum ibimus? Cupidus ea videndi sum.

V – Cras, rebus confectis, non solum templum Iovis sed etiam alia loca visum ibimus. Haec urbs digna visu est atque magnum Iovis templum habet! Dicturus sum tibi aliquid de Hispaniae religione, quoniam te paratum esse ad discendum semper video. Postquam mea verba audiveris, magis Hispania tibi cognoscetur. Haec res suavis auditu sed non facilis dictu est, quia Hispani veterrimae religionis paulatim obliti sunt.

A – Nonne scriptores dignam memoratu religionem Hispanorum putaverunt?

V – Profecto, sed fere omnia opera de Hispanis rebus perdita sunt.

A - Erantne sacerdotes in Hispania antiqua?

V - Ita est ut dicis: non solum sacerdotes sed etiam templa. Quamquam Hispani nullum templum nec vestigial quidem eorum reliquerunt, tamen arae in quibus illi sacrificabant multae adhuc manent.

A – Qui ritus et caerimonias veteres Hispani habebant?

V – Haec res non facilis cognitu est, quod caerimonias et ritus iam relictis sunt. Tantummodo scimus Celtiberos quotannis certis diebus fortasse cum dapibus –ut apud Celtas et Germanos et Romanos– publica sacrificia factum ire. Alti montes et quercuum luci Hispanis loca sacra erant. Ex animalibus, lupum et equum et taurum máxima religione colebant; ex inanimis vero ventum Zephyrum et aquam et lapides. Luna et sol ab omnibus Hispaniae gentibus colebantur. Diana atque Saturnus Inter. Primos deos numerabantur. Celtiberi corpora mortuorum neque sepeliturum neque crematum ibant sed vultures ea devorare sinebant: cum vultur impastus membra iacentia carpebat, illi in Caelum, deorum sedem, mortuos referri credebant.

A - Erantne superstitiosi Hispani?

V – Valde superstitiosi, Credebant enim dos monere et docere homines quos magis diligebant. Interpretatio autem somniorum scientiam difficilem cognitu requirebat. Augur aspiciens aves aut aquam fontium vel fluminum vel lacuum augurabat. Mos agrestis et barbaricus inter Lusitanos et Gallos vaticinari capitibus hominum praevisis fuit. Hostiae humanae indigenis deis inmolabantur –res non modo visu foeda sed etiam auditu.

A – Semperne illi humanas hostias sacrificatum ibant?

V – Etiam equos –quorum sanguis bibebatur – et capras et alias victimas sacrificabant. Postea Romanos deos coluerunt. Inter eos numerari possunt: Iuppiter omnipotens, maximus, deorum rex, dominus caeli et lucis et tempestatum; Iuno, Iovis coniux, deorum regina, Romae patrona atque custos familiae et praesertim mulierum; Minerva, Iovis filia et artium dea. Praeterea Mar, belli deus, conditor populi Romani quia pater Romuli et Remi fuit; Ianus initii finisque deus, bifrons quia praeiteritum et futurum aspicit; Ceres quae segetes curat; Diana, lunaris dea, agrorum, selvarum et ventionis custos; Faunus, curator pecoris, Liber vinearum custos; Mercurius, commercii deus; Neptunus, maris et aquae dominus; Orcus seu Pluto, deus Inferorum; Saturnus, et Venus et Vulcanus et magna mater Cybele...

A – Suntne sacerdotes ad hos deos colendos?

V – Utique. Pontifex Maximus primus est. Tum veniunt Flamines quorum unusquisque unius dei sacerdos est. Auspices vel augures atque haruspices auspicial et auguria rerum futurarum capiunt. Virgines Vestales sacerdotes Vestae sunt quae ignem sepe incensum in Vestae aede servant. Ignis Vestae, tamquam totius urbis focus, nunquam extingui debet.

FAMILIA ROMANA

Omnes qui Romanam familiam constituebant *vel *sui* *vel *alieni* *iuris erant. Hi aliis parebant. **Paterfamilias** appellabatur *is qui *ius domi* habebat; uxor et filii et innuptae filiae ad eius familiam pertinebant.

Paterfamilias Romae *ius vitae necisque* in suos habuit sed raro eo *usus est. Res familiaris patrisfamilias erat; cum hic moriebatur, filii heredes fiebant.

Omnibus civibus Romanis tria **nomina** erant: *praenomen*, quod nomen praeponerat, *sic Caius; *nomen*, gentilitium quod omnibus gentis membris idem erat, *sic Iulius; postremo, *cognomen*, quod ad eiusdem familiae membra pertinebat, *ut Caesar. Romani primum loci declarandi *gratia cognomine *usi sunt, *ut Coriolanus, *vel externae qualitatis significandae *causa, ut Crassus, *vel ad animi virtutem efferendam *ut Nobilior. Filio primogenito cognomen patris et avi atque atavi erat.

Ad patrem familias pertinebant officia alendae familiae et filias filiosque in matrimonium dandi et stirpem perpetuandi et religionis caerimonias adimplendi.

Contenidos gramaticales

Causa / gratia ablativos con genitivo antepuesto *por gracia/ por causa de .../ Is qui* anafórico antecedente + relativo / **iuris** genitivo de ius, neutro *derecho* / **sic + sust.** adv. así, por ejemplo / **Usus est de utor + abl.** → eo referido a *ius vitae necisque* / **ut + sust.**... como/ **vel.....vel...** disyunt. o....o /

Contenidos sintácticos:

- **construcciones de gerundivo** (sintagmas nominales formados por un sustantivo y un participio de futuro pasivo en función adyacente)= traducción por construcción de infinitivo.

loci declarandi *gratia / externae qualitatis significandae *causa → para + infinitivo.

ad animi virtutem efferendam → para + infinitivo.

officia alendae familiae → deberes de + infinitivo

- **construcciones de gerundio** (sustantivo verbal con o sin complementos → infinitivo).

officia filias filiosque in matrimonium dandi et stirpem perpetuandi et religionis caerimonias adimplendi. → deberes de + infinitivo.

Contenidos culturales

sui iuris / **alieni sui** *persona con independencia jurídica / persona que depende jurídicamente de otra.*

NUPTIAE ET MATRIMONIUM

Vir uxorem in matrimonium ducebat, mulier autem homini *nubebatur. Hoc coniugium sanctum apud Romanos primo habitum est.

Romae iam inde a principio ad nuptias faciendas pubertas requirebatur quae in mulieribus duodecim annorum, in viris quattuordecim fuit. Vir et virgo qui coniugium statuebant, sponsus et sponsa appellabantur.

Duo matrimonii genera inter Romanos erant: alterum solemne *cum manu*; alterum *sine manu*. Uxor quae *cum manu* nupserat in *potestatem et familiam mariti transibat. In matrimonio *sine manu*, mulier in *patria potestate manebat.



Escena de gineceo



Matrona romana

Contenidos sintácticos:

- construcción de gerundivo ad nuptias faciendas

Contenidos léxicos:

Nubo –nupsi –nuptum: casarse (la mujer) + dativo.

Potestas-potestatis hic *tutela* ∞ **patria potestas** *tutela del padre*.